

hoc¹³⁾ etiam intercluso, quod quaecunque praedictarum personarum praemortua fuerit, pars illius, quam in dicto agro habuit non ad personas superstites, sed ad hospitale debet devolvi¹⁴⁾, nec personae superstites ipsam petere vel aliquid iuris in ea sibi vindicare¹⁵⁾ habeant aliquatenus vel praesumant, provisor quoque hospitalis, qui pro tempore fuerit, censum praedictum videlicet novem solidos pro consolatione et speciali servitio infirmorum et decem solidos pro allecibus deputatos scholaribus sine impedimento et contradictione annis singulis perpetuis temporibus solvere teneatur¹⁶⁾. Ut autem praedicta omnia et singula, quae de consensu et voluntate omnium nostrum et singulorum acta sunt, in firmitate perpetua valeant iugiter permanere, praesentem litteram desuper confectam et conscriptam sigillo nostri capituli iussimus sigillari. Datum Misnae anno domini millesimo trecentesimo sexto quarto kalendas Maii.

Nach zwei Originalen im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Capitels an Pergamentstreifen.

13) permanere, ita tamen, quod dicti novem solidi pro consolatione infirmorum et speciali servitio deputati et decem solidi pro allecibus scholaribus assignati sine impedimento et contradictione a provisor hospitalis, qui pro tempore fuerit, annis singulis perpetuo persolvantur, hoc B. 14) ad hospitale devolvetur B. 15) vel — vindicare fehlt B. 16) provisor — teneatur fehlt B. Nach praesumant folgen die Worte: In quorum omnium testimonium litteram praesentem desuper confectam sigillo capituli nostri iussimus sigillari. Datum et actum Misnae anno dom. M^o. CCC^o. VI^o.

No. 28. 1312. 5. Apr.

Die Burggrafen Hermann, Meinher und Albert versprechen die auf den Bau der Badestube bei dem Hospital verwendeten Kosten bei dem Rückkaufe derselben zu ersetzen. Vgl. Bd. I. No. 349.

Nos Hermannus dei gratia senior, Meinherus et Albertus iuniores burgravii Misnenses tenore praesentium recognoscimus publice profitentes, quod omnem pecuniam quam C. vicarius altaris sancti Pauli vel eius successor in stupa balneali prope hospitale sita consumpserit in parte vel in toto ipsam reaedificando, si eandem stupam reemere decreverimus, illius pecuniae quantitatem probabiliter ad praedictam stupam redactam integraliter sibi restaurare cum principali pecunia promittimus et complete, vel saltem censum praefatae stupae usque ad completam solutionem ipsum vicarium qui pro tempore fuerit tollere faciemus. In huius promissi certitudinem plenioram praesentem litteram nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Datum Misnae anno domini M^o. CCC^o. XII^o. in crastino beati Ambrosii confessoris praesentibus honorabilibus viris domino Wythigone electo, domino Henrico de Wratizlavia praeposito in Hayn, domino Ottone de Donyon scolastico, domino Conrado de Mulhusen, domino Bernhardo de Lypa canonicis ecclesiae Misnensis et domino Herbordo perpetuo vicario eiusdem ecclesiae et Berroldo de Roczytz et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Burggr. Hermann an einem Pergamentstreifen.